









1690

1. Bruckner, Georg. Hein.: De fundo informi & Sumpf
2. Bruckner, Georg. Hein.: De transmissionibus  
hæreditatis. Von weiteren Verfallung mangelbreiter  
Erbenschaften etc.
3. Bruckner, Georg. Hein.: Dissertatio academica  
continens miscellanea jura
4. Lucius, Hermannus: De voce ambigua
5. Matthiae, Peterus Wilhelms: De legatione et prius  
Causas
6. Matthiae, Peterus Wilhelms: De antichress
7. Meier, Joh. Mauricius: De differentibus aliisque  
Contractuum realium notabilioribus.

8. Schubartus, Wolfgang Christophorus: De exceptionibus

spatii

1691.

1. Alberti, Henricus Christophorus: De bonis naturae et

usu meritis

2. Lötter, Johann Conrad: De praescriptione moratorum

3. Loeber, Erhard Christianus: De inimicitias capitalibus

4. Matthiae, Wetericus Wilhelmus: De temporibus

5. Meierus, Joh. Henricus: De largitionibus principum

praeceptis imperatoris et Augustae comp.

gatis

6. Meierus, Joh. Henricus: Disputatio in unum. Jurisdictio

continua seu decidens eorumque controversiam

7. Meier, Joh. Henricus: De actuum sufficientia

8. Meier, Joh. Hermann : De alimentis eto usque  
Unterhaltung

9. Meier, Joh. Hermann : De pecunia e fundo i  
fentum redacta

10. Witzinger, Johannes Tacubus : De invidabili  
charactere

1692.

1. Brueckner, Georgius Hermann : De juris rem scripto

2. Brueckner, Georgius Hermann : Discursus academicus  
continens practica juris

3. Gaur, Ludovicus : De servitiis feudibus Von Lehn  
Dienst

4. Gericke, Johannes Bernhard : Disputatio  
inauguralis positiones selectivas extolentem  
patere . . . disquisitionem submittit

5. Lilius, Melchior Insuperus: De successione ab intestato 11.

Heg. 2.

6. Meuldener, Joh. Christianus: Postulatus in rebus ... et

quodlibet juris naturae definitis et fundamentum,  
obvolutio regni, res primariarum precum et  
aliorum generum explicatur

7. Ruytel, Johannes Jacobus, orator: De numeris Vn. Serris

8. Lode, Johann Hermannus, orator: juris ten. publicae,  
quem Privati Cultoribus d. 1. p. (ex scripturis  
nem. Gabrielis Walpffels inventis)

9. Lode, Joh. Hermannus: De clausulis, in contractibus  
potissimum consuetudinibus antea solitis

10<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> Lode, Johann Hermannus, orator: De privilegiis veterum  
Caesareorum

10<sup>a</sup> 3<sup>a</sup> Lode, Joh. Hermannus: De obligatione medicorum.



11. Verbi, Justi & De aspectibus summi Solomonis







7



4579.

org  
M  
30

Juvante Christo Justitiæ Maximo Protectore  
DISQUISITIONEM JURIDICAM,  
DE

**PRIVILE-  
GIIS NOTARIORUM  
CÆSAREORUM,**

Permissu ac Indultu  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
In Illustri ac Perantiqua Erfordensi Universitate  
PRÆSIDE

*Viro Magnifico, Pranobilissimo, Consultissimo  
atq; Excellentissimo Domino*

**JOHANNNE HER-  
MANNO A SODE, ICTO,**  
Consiliario Elector. Mogunt. Antecessore, Facultatis  
Juridicæ hodie decimum tertium, ut & Collegii Saxonici Decano, di-  
ctæque Facult. nec non Academiæ Seniore ac Judici Pro-  
vincialis Assessore resp. spectabilissimo &  
gravisimo,

Domino ac Patrono suo omni honoris ac obser-  
vantia cultu devenerando,  
Placidæ Eruditorum Ventilationi submittet

M. JOHANNES CASPARUS Jung Michel / J. U. C.  
Die Octobris 1692.  
IN AUDITORIO ICTORUM.

ERFORDIÆ, Characterẽ KINDLEBIANO.



170

DISOVIATIONEM JURIDICAM  
DE

PRIVILEGIUM

NOTARIORUM  
CAESAREORUM

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
TRASSIDA

JOHANNES HER-  
MANNUS A SODE

CONFIDENS

JOHANNES GABRIEL

BY AUCTORITATE ICTORUM

ALTONAE, C. K. K. K. K. K.





CAP. I.

De Origine Notariorum.



**D**E Notariorum Privilegiis impræsentiarum agere cum sim sollicitus, non immerito paucis de Origine eorum quædam præmittenda veniunt. Origo enim non solum cujusque rei potissima pars & negotii basis esse dicitur, l. 1. § 2. de O. l. 1. 69. ff. de fidejuss. *Cothmann Vol. 3. Conf. 47. n. 220.* sed & ipse Aristoteles, quem Philosophi Philosophorum Principem salutare gestiunt, 1. Pol. 2. docet; Optimè veritatem cognosci posse, si quis res, ut orientur, & nascantur, paulò curatius inspiciat. Et hoc ipsa rei utilitas faciendum injungit, etsi cognitio originis variis ex causis, & plerumque propter remotam antiquitatem, magnam gravitatem & difficultatem pariat. Diversas autem opiniones de Origine Notariorum non curo, sed mihi tantum placet opinio *Volckmann. in Art. Not. P. 1. c. 2. n. 1.* quod nimirum Notarii à notare, præcipuè autem à Notis, quas artificiosè & breviter facere solebant, suam originem habeant, *Lips. in Epist. ad Belg. Cent. 1. Ep. 27. Spec. de Instrum. Edit. § 9. n. 26. Cujac. lib. 12. obs. 40. in fin.* quod scribendi genus, sive ab ipso Mæcenate, uti vult Dio Cassius, sive ab Aquila, Mæcenatis liberto, uti vult Isidorus; sive à M. Tullio Tirone, Ciceronis liberto, uti vult Eusebius, primum inventum; ut dicentium verba velocissimè exciperentur, *Manil. Astron. lib. 4. Senec. Epist. 94.* Illis enim temporibus hi propriè Notarii vocabantur, qui hujusmodi brevem & compendiarium scribendi per notas rationem, quæ Notaria dicebatur, callebant & exercebant. *Cujac. d. l. Rittershus. ad Nov. Part. 6. c. 2. n. 5. § 6. in fin. Part. 9. c. 26. n. 1.* quive dictantis verba per notas & compendia excipientes scribebant, *arg. l. 40. ff. de mil. test. Oldend. Class. 1. Act. 8. p. 71.* quales referente *Budæo in Annot. ad l. abesse cum l.*

A

seq.





*Seq. ff. ex quib. caus. major.* tam olim Romæ, quàm hodie adhuc in Parisiensi Parlamento versari constat. Quorum officium apud Græcos longè honorificum habebatur, ad quod neminem, nisi honestis natalibus, fide & industria cognitum, admittebant; Ut qui omnium consiliorum particeps esse mereretur, *Oldend. d. l. Wehn. suppl. Pract. p. 54.* Apud Romanos autem inter servos fuisse, constat ex *l. 3. Commun. de legat. in pr. l. 1. & 5. C. de Commun. serv. manum. l. 43. §. 5. ff. de procur. l. 18. ff. de adopt. jung. Honthem. de Arte Not. lib. 1. c. 7. n. 1.* Et æstimabatur servus Notarius Justiniani Imperatoris tempore, quinquaginta solidis (hoc est aureis,) *L. 3. in pr. C. commun. de legat. l. 1. §. 5. C. de commun. serv. manumiss.* Unde etiam eveniebat; ut Romani plerumque plures numero servos notarios in famulatio suo, prout cujusq; facultas ferebat, aut dignitas ususq; exposcebat, apud se alerent. Alii tamen ab his fuere Notarii Principis, quos in dignitate & sub primicerio constitutos arguit: *ros. tit. C. de Primicer. & secundicer. & Notar. lib. XII.*

Tantâ autem isti gaudebant in scribendo excipiendi per notas celeritate, ut omne, quidquid in Auditorio judicum, vel pro concione diceretur, omni ex parte velocissimè excipere; Imò sæpius viva loquentium verba, seu ut Homerus vocat, *ἔπειτα ἴσπερ ἔγραψα*, verba alata sive volantia, scribendo antevertere poterant; Unde eleganter *Martialis lib. 14. Epigr. 208. de Notariò h. m.*

*Currant verba licet, manus est velocior illis.*

*Nondum lingua suam, dextra peregit opus.*

Quò scribendi genere etiam inter alia, binas illas luculentissimas Orationes, unam Catonis, quam in Senatu adversus Cæsaris sententiam de conjuratis Catilinis ultimò supplicio afficiendis, graviter dixerat; alteram Ciceronis pro Milone, illa quæ extat longè infirmiore exceptas atque servatas esse, de hâc *Budens d. l. ex Padiano, & Fabius*; de istâ *Asconius, Plutarchus*, aliiq; testantur. Verùm collapsa tandem Imperii Romani Majestate, cum omnis splendor publicarum, privatarumq; rerum jam obsolevisset, quamvis Notariorum quoque usus conquiesceret, ipsum tamen nomen in memoria remansit, & à recentioribus iis tantum tributum est, qui publica instrumenta conficiunt.

Dum autem de Notis mihi hîc sermo, sciendum est: Easdem non ut

*Bernit.*



121



*Bornit. Tract. de Instr. lib. 2. tit. 12. vers. notare & Besold. in Thes. Pract. lit. A. n. 1. pro primis characteribus verborum, seorsim positus, quibuslibet dictionem significantibus, accipi, d. l. 40. ff. de test. milit. quæ rectius simpla, seu sigla, l. 1. §. 13. C. de vet. jur. enucl. Constit. ad Tribon. §. pen. ad Senat. §. 22. ad magn. Senat. §. 22. ad Antecess. §. 9. Unde forsitan dixerit Galili Sifras, notante Cujac. lib. 3. Obs. c. 3. vel singla εὐσυννοπή, quasi singulari literæ vocantur. Aul. Gell. lib. 17. c. 9. Cujac. lib. 12. obs. c. 40. quoniam singulis singulæ verba & integræ voces significantur, Rittershus. ad Nov. Part. 6. c. 2. n. 5. seq. Speid. Spec. var. obs. lit. N. n. 54. v. g. A. D per literarum consequentiam denotat, ante diem, forsitan hodie alii legerint Anno Domini. Item A. T. M. D. O. quæ exprimentur per *Ajote mihi dare oportere*, & infinitæ aliz, quas videre licet apud Valer. Probum & Petrum Diaconum, quorum de Notis libri extant, notante Speid. alleg. 1. Sed notas ab his literis vel singulis multum distare cum Cujac. d. l. asserere non vereor, & istæ nobis idem sunt ac Indicia, l. 26. C. fam. hercisa. quæ Græcis dicuntur σημεῖα, signa, compendia quædam dictionum. Unde & ipsi Notarii σημειωγράφοι vocabantur, qui per signa nota sibi ferè tantum privatorum excipere solebant voluntates, ut postea latius & ad formam authenticam perducerent. Tholos. Synt. Jur. lib. 47. c. 42. §. 4. Rittershus. ad Nov. p. 9. c. 26. n. 1. quam inter Notas & singlas differentiam supra cit. Manil. lib. 4. Astron. ita exprimit:*

*cui litera verbum est;*

*Quique Notis superat linguam cursuq, loquentis.*

Me rem planius tradente, exempla nonnulla, quæ ex antiquissimò Notarum librò Cujac. cit. l. profert, oculis conspicienda subjiciam: e. g. Senatus populusqve Romanus, singulis ita exprimitur S. P. Q. R. per Notas vero seu signa hoc modo & Senatus Consultum, siglis S. C. notis, Ω. Dolus malus abesto; Singlis sic: D. M. A. Notis sic: ∞ Licet autem hoc modo Notarii à Notis dicantur, perqve notas scribendi munus diu usitatus fuerit, hodie tamen neutiquam notis scribere debent. Bart. in l. quoties §. sed si non n. 4. ff. de hered. instit. Cum enim hoc scribendi genus admodum fallax & lubricum erat, dum videlicet ob varias atqve incertas unius literæ significationes alius aliud legebat, unde materia litium, antinomiz & legum obscuritates inducebantur:

A 3

Cujus





Cujus mali occasionem Imperator Basilius advertens, loco notarum literis uti jussit, quas & rustici legere possent, & de suo sumtus in chartas, literas atque scribas ipse suppeditavit, l. 1. juris Orient. Const. 2. Basil. *ἡ ἐπισημείωσις τῶν ἀριθμῶν*, Tholos. Synt. jur. lib. 24. c. 13. n. 2. & ante Eum Imperator Justinianus, cavens: ne imminente pœnâ civili & criminali, quisquam posthac librarius per simplorum captiones sive abbreviaturas & compendiosa anigmata, sed per literarum consequentiam conscriberet tam Leges, Constitutiones, atque Libros Jurispr. l. 1. §. pen. l. 2. §. 22. C. de vet. Jur. enucl. Const. ad Tribon. §. pen. ad Senat. §. 22. ad Senat. magn. §. 2. ad Antec. §. quàm Testamenta, Nov. 107. c. 1. Auth. quod sine C. de testam. Sed hæc de Origine Notariorum dicta sufficiant.

CAP. II.

*De Officio Notariorum digno, honorabili, laudabili, vitæq; hominum maxime necessario.*

**P**ostquam Originem Notariorum perlustravi, ante omnia nunc potissimum quæstionis est: *An Officium Notariorum sit dignum, ut & honorabile, laudabile, vitæq; hominum maxime necessarium*: Sicuti autem in universo terrarum Orbe nihil à convitiis immune est, quamvis summa prudentia ac deliberatione fuerit introductum, vid. m. *Advoc. Sax. jurat. c. 2.* Rem hanc, ut de reliquis nihil dicam, summopere liberalia studia eorumque præmia experiuntur: Siquidem Philosophos Morosophos, Physicos Pthificos, Oratores Aratores, Opticos Scopticos, Artium Magistros, Nugarum Ministros appellari audiverimus; Ita etiam officium Notariorum nonnullorum suggillatione non caret; Reperiuntur enim multi, qui in illud prorumpere audeant vituperia, & negant: eum esse dignitatem, videtis *Tiraquel. de Nobil. cap. 30. n. 9. Frid. Pruckmann. Vol. 1. conf. 2. n. 89 seq. jung. Viv. l. 2. comm. opin. 194. Lit. N. 1. nec laudabile, sed vile & abjectum. conf. Boer. decis. 222. n. 9. ac ad servos olim pertinuisse, quò trahunt, l. 18. ff. de adopt. l. 2. ff. rem pup. salv. for. l. 1. §. 15.*

*J. 15. ff. de magistrat. conven. nec honoris gradum sibi habere adjunctum, uti disputant Angelus & Caspar Caballinus apud Gabriel. Palaet. de notb. & spur. cap. 56. n. 1. 2. multo minus necessarium, sed Notariorum imperitiâ mundum destrui, conscientiasqve poni in magno discrimine, uti putat Baldus, quem laudat Menoch. Vol. 2. consil. 5. Litium succenturiatos protelatores & ebuccinatores, Alarr. de Advoc. & causid. Christ. pag. 1. quæst. 70. & Zasius testante Rittershus. ad Nov. p. 9. c. 26. n. 4. indoctum pecus eos nominat. Utilitatem ex hâc gente si quis cognoscere aveat, credat is, vix unum inter viginti quinque reperiri doctum & expertum, qui juris habeat noticiam ait Hippol. de Marsil. Rubr. de fid. n. 39. Add. M. Anton. de Amat. decis. 29. & 30. Similes sunt picæ & psittaco, qui stant in Palatiis Dominorum, & nesciunt quid loquantur, Erasmi. lib. 4. apophteg. n. 13. Alex. lib. 6. consil. 208. Qui quidem eorum defectus, cum observari facile à prudenti aliquo homine possit, minus videtur periculosus esse Reipublicæ, quam eorum malitia & insignis improbitas, quippe quæ non ita sese exferit facile, sed in animo occultatur, atque idcirco vehementius lædit. De his stylnm acuit plurium testimoniis, Ventura de Valentis. in Parthen. litig. lib. 1. cap. 9. n. 34. seq. Imò in Proverbium abiit;*

### Der Notarien Unverstand

### Berkehrt zulezt das ganze Land.

& ita fermè Notarios exterminandos volunt. Parum autem attendimus iniquas in Notariorum ordinem censuras. Etsi quidem Notariorum munus à servili Personæ conditione, vile ac servile olim habebatur; Tamen illud de nostris seculi nostri Notariis, ad quos merum saltim nomen ex antiquata ista Notariatus arte translatum, & magis abusivè ac impropriè horum officio attributum, Speid. Spec. var. obs. lit. N. n. 54. jure prædicari debere, nullatenus dicendum: Postquam enim dura illa servitus, quæ tunc temporis in usu erat, hodie inter nos Christianos non modò sit abolita, Dn. Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 40. §. 69. George. Schutz. in Tit. Instit. de jur. Pers. lit. C. Bodin. l. 1. c. 5. de Rep. ut jam ministris liberis non servis proprietatibus Saxones; Wesenbec. ff. ad tit. de Nex. Act. Imò omnes Christiani, Bart. in l. 24. ff. de capt. & postlim. rev.   
Wesenb.



*Wesenb. Diss. 6. ad l. 32. ff. de R. J. n. 6. utantur; sed & modus ille per No-*  
*tas scribendi antiquus (à quò Notarios nomen suum accepisse, supra*  
*exposuimus) penitus ferè jam olim abrogatus & ab Impp. Justiniano*  
*& Basilio sæpius prohibitus sit; Imò quod magis, adhuc Arcadii & Ho-*  
*norii Impp. lege latâ: ut, siue solidis Provinciis, siue singulis Civitati-*  
*bus necessarii fuerint Notarii vel Tabellarii, liberi homines ordinentur,*  
*neque ulli deinceps ad hoc officium pateat aditus, qui obnoxius sit*  
*servituti l. 3. C. de Tabul. lib. 10. sublata insimul sit omnis ignominia &*  
*infamia eorum, qui tabulariam exercerent, & transiverit in officium*  
*certum munus scribarum, quod antea mercenarium saltem erat, ut ait*  
*Ælius Probus à Tholos. Synt. Jur. lib. 47. c. 41. n. 5. citatus, tantum*  
*abesse contendimus, ut nunc temporis homines infames & conditionis*  
*servilis ad munus Notariatus aspirare possint, ut potius planè rejici-*  
*antur, & non nisi famæ integritæ, existimationis, fidei & incorruptæ ad-*  
*mittantur, Menoch. lib. 2. presunt. 18. n. 2. circa fin. Ant. Perez. Pral. in C.*  
*lib. 10. tit. 69. n. 13. Quod autem illorum inexperientiam & malitiam at-*  
*tinet, non statim tale iudicium de omnibus in universum Notariis fe-*  
*rendum; Aliud enim est prudentia, aliud insipientia, aliud artificium,*  
*aliud malefium. Ille etiam minimè Notarius vocandus, qui est impe-*  
*ritus & in rebus gerendis nullum habet usum & experientiam. Porro*  
*videat Notarius, qui officium suum malè gerit, quomodo in tremendo*  
*illo iudicio, coram DEO, Angelis & Electis rationem reddere possit.*  
*Interim propter abusum non statim tollendus usus; Nam si veneran-*  
*da antiquitas vidisset Notariorum gens Republicæ nocivum & non ne-*  
*cessarium esse, saluberrimum Instrumenta conficiendi remedium non*  
*excogitavisset, multò minus sacratissimus Imperator Maximilianus il-*  
*lud per Constit. in Recessu Imper. Colon. de anno 1512. denuò confirmasset.*  
*Manet itaque officium Notariorum Dignitas, non solum, quia princi-*  
*paliter à Deo provenit, à quo omnia descendunt c. gratia 1. qu. 1. Nov. 6.*  
*in princ. sed etiam, quia dependet à Majestate, quæ fons & origo omni-*  
*um dignitatum, Riminald. Conf. 5. n. 93. Alvarott. cap. 1. in pr. n. 4. omnes-*  
*que gradus & officia ab ea, sicut rivuli à sua fonte profluunt, Ang. in*  
*rubr. ff. de jurisdic. om. jud. ac ipsa det dignitatibus essentiam, statum,*  
*origines & prærogativas, Bald. in Consil. 333. circ. med. vers. porro ipse lib. 1.*  
*Theod. Reink. lib. 1. cl. 4. cap. 15. num. 2. seq. de R. S. E. ita ut revera:*

*Nob*



*Nil Deus his terris donavit Casare majus,  
Auspiciis cujus stat decus Imperii.*

Nam Notariorum creatio inter Regalia referri oportet, *Nov. 44. c. fin. & Potestatem sive Auctoritatem tribuere alicui, ut corio cui inscripfit, mortui animalis, uti loquitur Aymo Cravett. Conf. 56. in fin. sive potius scripturæ in eo contentæ, uti mavult Camillus Borellus l. 2. decis. tit. 18. n. 95. plenâ fide credatur, non nisi illius est, qui summam & absolutam in Provinciâ tenet potestatem, Jacob Bornit. de instrum. lib. 2. c. 13. Jàm verò quibus summus Princeps sive Imperator auctoritatem vel dignitatem aliquam concedit. non possunt non habere munus dignum ac honorificum, arg. l. ff. de Nat. restit. Unde Richter. ad Auth. Habita C. ne filius pro Patre Disp. 5. p. 108. ex L. 1. ibiq; Gothofr. mandati docet, quod officium Notariatus inter dignitates referendum, Add. l. 1. C. de Mandat. Princ. Cassan. in Catal. glor. mund. P. 7. Consid. 50. nec non Carpz. in Proc. jur. art. 4. n. 53. 54. Imò officium dignissimum sit, quod non nisi probis viris conferatur, Didac. Covarruv. quest. c. 19. n. 4. & 5. Berlich. Decis. Aur. 27. n. 7. Porro etiam illorum Dignitas ex Comitiv. Ces. apud Lud. à Hornigk. in Stell. Notar. P. 2. p. m. 12. seqq. ut & in Man. Not. Nehring. lib. 1. p. 184. & seq. patet, ubi: Wir geben auch 2c. also/ daß dieselbe offene gemeine Schreiber/ Notarien und Richter 2c. aller Privilegien/ Freyheiten/ Gnaden/ NB. Ehren/ Würden und Vortheilen 2c. videndum; Add. meum testimonium in fin. hujus Disputationis annexum. Sacrilegii autem instar est, quem Princeps dignitatem confert ac dignum honore judicat, de illius idoneitate dubitare, l. 5. C. de divers. Rescript. Dignitas etiam ex hoc, quod ipsis in actu creationis inter cætera solennia, jus aureorum annulorum, auctoritate publica conceditur, dijudicandum: Tandem etiam Richt. d. Disp. 5. ad Auth. Habita ex Nolden. adducit: Artem Notariatus esse nobilem, eamq;ve Doctorem (qui veram nobilitatem, Nobiliumq; Privilegia in collatione gradus Doctoralis auctoritate, Imperiali, Papali & Electorali accipit,) nec non Nobilem honestumq; Virum exercere posse, Jung. Guil. Roville lib. 3. de just. & jur. c. 4. n. 4. Cassan. in Catal. glor. mund. P. 7. consid. 50. & Part. 2. consid. 19. Cavalcan. decis. 41. n. 21. & seqq. Menoch. Consil. 552. per tot. lib. 6. & 902. n. 2. & seq. lib. 10. Hinc in quibusdam Civitatibus Italiæ Notariatus seu Tabellionatus officium non dedignan-*

B

tur



tur Nobiles, teste *Barz. Decis. 50. n. 12.* Nobilis autem si exercet officium etiam vile, facit, ut illud dicatur nobile & non vile, *Cephal. Conf. 238. n. 20.* Si etiam Nobiles sunt, qui multitudinem imaginum producere possunt, licet ne atria quidem Virtutis salutaverint, quare etiam non illi, qui virtute & scientia, optimo nobilitatis diademate, incedunt, quorum fidei omnia ferme mundi negotia committantur, sive inter Reges & Principes, Imperatorem & Papam, aut alios inferiores. *vid. Cnaust. Art. Not. Element. lib. p. m. fol. 9.* Illa enim vera dicitur nobilitas, quam quisque sibi sua parit virtute; Et non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas ac fidei sinceritas, gratum DEO faciunt hominem, inquit *Gregor. in Decret. c. venerabilis de præbend. & dignit.* Hinc *Juvenal. Satyr. 8.*

*Tota licet veteres exornent undique cera*

*Atria, Nobilitas sola est atque unica virtus.*

*Et Lycus apud Senec. in Herc. Fur. Act. 2. S. 3.*

*- - - Nobiles non sunt mihi.*

*Avi nec altis inclytum titulis genus,*

*Sed clara virtus.*

Sigismundus Imperator à quodam rogatus, ut eum insigni nobilitatis ornare, nobiliumque ordini adscribere vellet, respondisse fertur: Facile, mi amice! te superioribus hominum subselliis imponere, sed nobilem te facere non possum. Hisce ostendens, quemlibet seipsum facere nobilem, dum virtute sua prælucente omnium in se derivat oculos. *Lagus in J. Civ. Method. P. 2. cap. 20. de priv. dignit. n. 23.* Jaçtitent denique Nobiles avos suos, nec Notariis deerit nobiles imagines & Antecessores producere. Si quidem Imperator Adrianus, teste *Spartiano*, ab Epistolis & Libellis Equites Romanos habuit, quod etiam Bononienses & Vercellenses observarunt, referente *Anton. Fab. C. lib. 9. tit. 28. def. 4. n. 2. & 5.* Ita etiam *Dn. Carpz. P. 3. Dec. 201. n. 19.* literis Caroli M. ejusque Successoris filii Ludovici Diplomate probat: Eginardum, qui vitam soceri sui Imperatoris descriptam reliquit, fuisse Notarium Imperii & ita insignitum & appellatum esse. Ut hinc merito risu excipiat illud, quod supra cit. *Ludov. à Hörnigk de nobili quodam Notariò*

com



commemoratur, qui post subscriptionem nominis sui N. N. Not. Publicus, adjecit: Doch meinen Adelichen Ehren ohnschädlich. Tandem constat, apud Cæsares sub Primicerii Notariorum curâ notitiam omnium dignitatum & Administrationum, tam Civilium, quam Militarium fuisse, *Tholos. lib. 47. c. 41. n. 5.* Hæc omnia tamen, quæ hæcenus prolata, nolim ita generaliter ad omnes omnino Notarios extendi, sed ad eos tantum, qui scientia de illorum officio satis superque sunt instructi, & illud cum laude exercent, non verò, qui vacuum nomen sine re possident. Inspecie autem ad illos, qui in Camera Imperiali denuò examinati, & in numerum Notariorum ibique recepti.

Postea etiam hoc officium est *HONORABILE*, quia dicitur munus publicum, *Bart. in l. ead. § hæc lege n. 3 & 4. ff. ad L. Jul. repetund.* Ars, sicut magisterium scientiæ legalis, *Angel. Berus. Consil. 33. n. 5. vers. contrarium est verum seq.* Privilegium tribuens munus & auctoritatem publicam atque legalem, *Honth. de Synt. & fid. Instr. l. 1. c. 8. n. 4.* & teste *Luca de Pennâ in l. 15. C. de Decur. lib. 10. n. 4.* ad quod non nisi honesti Viri adspirare possunt, *Mench. lib. 2. præf. 18. n. 2. circa fin. Perez. Præl. in C. lib. 10. tit. 69. n. 13.* Unde illud longè præstantius operis manualibus judicat. *Carpz. in Jurisp. Eccl. lib. 1. Tit. 6. def. 90. n. 5.* Imò Notarios præferri posse Medicis, probant nonnulli ex *l. fin. in pr. comm. de leg.*

Estque *LAUDABILE*. Cum hodie non tantum Notarii apud Pedaneos minoresque Magistratus creditum & auctoritatem obtinent, *vid. Schulz. in Proc. P. 1. c. 8. n. 4. Berlich. P. 1. C. 8. n. 16. & seqq. Carpz. P. 3. Decis. 201. n. 15. Martini ad Ord. Jud. El. Sax. tit. 2. §. 2. n. 4. Goldast. in Const. Imper. Sigism. cap. 18. p. 194.* sed & apud Reges & Principes, & cuncta eminentia Tribunalia acceptissimi & familiarissimi existunt, & tantâ polleant auctoritate, ut admirandâ fide Instrumenta, Privilegia & Literas, ad perpetuam rei memoriam, conficere valeant, & post multa temporum secula, ex horum sola Notariorum subscriptione indubitata inducantur probationes; Nam creato Notario dicitur creatum Oraculum Veritatis, *vid. Cas. Barzius Decis. 50. n. 9. conf. Guid. Pap. decis. 540. Covarruv. l. 2. resol. c. 13. n. 10. seq.* & tanta illis à quibusdam habetur fides, ut unus duabus, aut etiam tribus aliis personis æquiparetur, uti post *Panormitan. in c. quoniam X. de prob. statuunt Thomas Grammaticus Decis. Neapolitan. 60. n. 11.*



*Mascard. de Probat. conclus. 1099. n. 3. Camill. Borell. lib. 2. tit. 18. n. 150. § 213. M. A. de Amat. Decis. 7. n. 4. Joh. Altus Dicaolog. l. 1. c. 51. n. 6. Quod etiam Græci Festum in laudem & honorem Notariorum olim celebrarunt, ostendunt verba Balsamon. ad c. 62. Concilii Quirini Sexti in Trullo habitum & in Jure Græco-Romano lib. 3. occurrentia; Balsamonis verba hæc sunt: Quæ porrò indecora aliquando fiebant à Notariis, adolescentum instructionibus, in sanctorum Notariorum festo, cum scenicis Personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi illius Patriarchæ Domini Luca decreto. Tale Festum etiam in honorem & memoriam Marciani & Martyrii, quos, uti scribit Nicephor. lib. 9. c. 30. Notarios Pauli Episcopi Constantinopolitani fuisse, institutum atque celebratum est, tradente Jacobo Gretsero in Codini Curopalata de offic. Constantinop. tract. lib. 2. obs. 6. Cuiusnam itaque vel non ad oculum patebit, magnò errore duci eos, qui officium Notariorum tanquam vile & nihili æstimant; Et indignum profectò, ut, quorum fidem ac industriam sequimur c. quoniam 11. x. de probat; illorum mores, vitam & officium vilipenderemus, aut ut viles dicamus eos, quibus merces, non tam pro operâ, quam industriâ & auctoramentò publicò est constituta! And. Alc. in l. 207. ff. de V. S. vide, si lubet, plura in meo Tract. germ. de laude Not. p. 27.*

Multò magis autem est *NECESSARIUM*, quia per illud fragilitatis humanæ negotia roborantur, perenniòq; memoriæ commendantur, *Const. Maxim. 1. de Not. in Recess Imper. Colon. de Anno 1512. §. Das Umbl der offenen Notarien ic.* Ideò non minimum salutis publicæ momentum constat in hoc; ut Notariorum officium in Republicâ ritè conservetur; Nec immeritò, cum non tantùm, ut supra monitur, Imperatoris & Papæ, Regum & Principum, aliorumq; inferiorum; verùm universa fermè mundi negotia Notariorum fidei committantur, ut, tam ad SS. Themidis & Pacis Aureæ conservationem, quam Reipublicæ & Subditorum salutis promotionem perquam necessarii & utiles existant *d. Const. Maxim. §. Ueber nachdem ic.* adeò, ut hisce à Republ. semotis, nec ipsa, neque ipsius judicia diu fixa atque firma peristere valeant; Periret enim teste *Cassan. de glor. muad. P. II. Consid 19.* omnis judiciorum tela, nisi essent Notarii, qui Acta conscriberent: Periret ipsa Veritas & Contractuum fides, fundamentum illud Justitiæ, *Cic. lib. 2.*





Bers

lib. 1. Off. c. 7. in med. sanctissimumq; humani pectoris bonum, Senec. Epist. 88. nisi essent Notarii, Veritatis Vindices, Senec. lib. 3. c. 15. de Benif. & Confirmatores, Chassan. d. 1. consid. 10. Periret omnis ordo in iudicio forensium causarum, nisi esset aliqua fidelis atq; publica Persona, cui Iudex crederet de his, quæ ab utraq; litigantium parte aut offeruntur, aut dicuntur. Berl. P. 1. concl. 8. n. 1. In summâ, quotquot in Rebus publ. privatisq; oblivio fecit incommoda, ea singula Notariatus officio cum fide publicâ possunt præcaveri, Honth. de Synt. & fide Instr. lib. 1. c. 15. n. 33. ut hinc iratis planè gratiis eum natum esse judicemus, quî, quàm dignum, honorabile & laudandum munus hoc sit, ex plurimis aliis, præsertim illius maxima necessitate & utilitate facilè non cognoscat.

## CAP. III.

*De Privilegiis Notariorum in genere.*

**O**Riginem & præstantiam officii Notariatus hæcenus vidimus, nunc de Privilegiis Notariorum Casareorum dicendum erit. Antequam autem ipsa recenseamus Privilegia, non injustè nos acturos esse puto, si prius consideravimus, quid sit Privilegium? Etymologiam itaq; quod attinet, nonnulli vocem Privilegium derivant à privare, dictumq; putant privilegium quasi privans legem, Coler. de Proc. Exec. cap. 4. part. 1. n. 3. Enekel. de Privil. lib. 1. c. 1. n. 7. & 10. idq; propterea, quia legi generali derogat & aliquid contra dispositionem ejus admittit. Rectiùs tamen alii ab antiqua loquendi ratione deducunt, à privo scil. & lege: Veteres enim priva dixerunt, quæ nos singula, ait A. Gell. Noct. Attic. lib. 10. c. 10. & Festus in voc. privos: privos privasq; antiqui dicebant pro singulis. Hinc Cato privas scopulas appellat singulas & unas. Et Cicer. tantum Majores impostèrùm providisse, in privos leges ferri noluerunt, id enim Privilegium est. Lib. 3. de LL. & Orat. pro Dom. inquit: Vetant leges sacrata, vetant XII. tabb. leges privis hominibus irrogari. Unde & privata dicuntur, quæ uniuscujusque sunt, & iisdem opponitur publicum, quod à Populo dicitur, & non uniuscujusque, sed populi



populi est, Beckm. de O. lat. lingu. p. 865. & 877. Hinc etiam Ulpianus in l. 8. ff. de LL. ait: *Jura non in singulas personas, sed generaliter constituenda sunt.* de qua l. vid. Gothofred. ad L. 16. ff. d. r. tit. X. Cujac. 15. obs. 8. Est itaque Privilegium quasi lex priva sive singularis, Schönborner 5 Polit. 16. vel quasi lex privatis data, ut ait Isidorus in can. privilegia 3. dist. 3. Ratione Homonymiæ sciendum: Quod hoc vocabulum accipiat diversimodè, vid. Enekel. d. c. 1. n. 8. seqq. & quidem in Jure nostro vel latè vel strictè. In lata significatione privilegium denotat quascunque Constitutiones speciales, contra vel præter jus commune aliquid ex singulari causa disponentes & vel in alicujus favorem vel in odium, §. 6. §. de J. N. G. & C. arg. l. 1. §. 2. ff. de Const. Princ. l. 9. C. de testam. In stricta significatione denotat Constitutiones in alicujus saltem favorem constitutas. Interdum quoque sumitur metonymicè, vel pro instrumento, quo privilegia concessa continentur, ut in l. 17. C. de SS. Eccles. vel pro ipsis privilegiariis, ut in l. 24. §. 2. ff. de reb. auth. jud. l. 17. §. pen. ff. de excus. tut. Synonymiam quod concernit: Privilegium interdum in jure vocatur Beneficium, quamvis alias in lata significatione privilegia à beneficiis differant, & quidem tanquam genus à specie: Nam omne beneficium est quidem Privilegium, c. olim ubi Canonist. de V. S. sed non contra, omne privilegium est beneficium: Sunt enim Privilegia vel favorabilia, vel odiosa. Vocantur etiam quandoque *Jura potiora auxiliaria, adjutoria, exceptionum presidia, prærogativa*, vid. Pranobil. Dn. Seeligmanns Disput. de Privil. Lips. sub Præsid. Magnif. Dn. Schwendend. Patrono atq; Præceptore meo maximè colendo, habitam. Hisce generalioribus præmissis, ipsam definitionem aggredimur, & definimus Privilegia Notariorum: *Quod sint jura & Prærogativa, quæ intuitu officii ac dignitatis, Notariorum Personis, in illorum favorem, concessa.* Huic definitioni etiam subnectimus delineationem Notariorum: *Quod sint Personæ liberae, ab Imperatore Romano vel immediate vel mediatè constitutæ & creatæ, hunc in finem: Ut Reipublicæ serviant & præviâ requisitione Contractus, ultimas Voluntates & Expeditiones judiciales, cæteraquæ vota & gesta hominum per scripturæ ministerium, ne oblivione sepeliantur, perpetuæ memoriæ tradant,*



dant, publicisq̄ve firment *Scripturis ac Instrumentis*. Privilegia aliās in genere considerata variā dividuntur, uti videre est apud *Hahn. in not. ad Wesenbec. tit. de Const. PP. p. 91. Reinold. Curicke de Privil. cap. 3. per tot.* Sed hic loci dividimus *Notariorum Cæsareorum Privilegia* in *generalia & specialia*, & hæc iterum in *Privilegia*, quæ consistunt 1.) in *honoribus & præferentiis*, 2.) in *præsumptionibus & conjecturis*, 3.) in *exercitio officii Notariatus*, 4.) in *securitate*, 5.) in *consecutione mercedis & honorarii*, 6.) in *immunitatibus*, 7.) in *mitigatione & remissione pœnarum*. Ratione *Privilegiorum generaliorum* certum est: *Quod Notarii Cæsarei gaudeant Privilegiis.*

1) *Academicorum*, quibus comparantur: vid. *Churfürstl. Sächß. Policey-Ordnung. Tit. 22. §. 19. Fürstl. Gothische Lands-Ordnung / P. 3. n. 34. §. Zum Sechsten. p. 313.*

2) *Magistrorum Philosophiæ*: Nam officium *Notariatus* dicitur *Ars*, sicut *Magisterium scientiæ legalis*, *Angel. Berus. conf. 33. n. 5.*

3) *Secretariorum*, quia in *Judiciis* unum idemq̄ officium exercent, & tantum nomine, non verò re ipsa differunt. Nam in *judiciis inferioribus* audiunt *Notarii*, in *superioribus* verò *Secretarii*. vid. *Ordin. Proc. jud. Sax. Tit. 2. & Martini in Comment. ad h. t.* In verbis igitur simus *faciles*, modo in re conveniamus. *Add. Georg. Schulz. in Proc. P. 1. c. 8.*

4) *Judicum*, quia *Judices ordinarii* sunt & ita appellantur, *Gloss. in L. 1. verb. Judicis ff. de judiciis Marant. Spec. Aur. p. 4. dist. 18. n. 3. & 4. Besold. Proc. jud. c. 2. §. 4.* etiam ad naturam *judicis* proximè accedunt, uti in sequenti *Cap. pluribus* demonstratur. Et illud ex *Diplomatum Cæsareorum formulis*, quibus *Comitibus Palatinis* *Notarios* creandi, potestas conceditur, luculenter apparet. vid. *Diplom. ap. Volckm & Nehring.* Ibi enim inter alia *Comitibus S. Palatii* confertur facultas: *Notariatus officium* iis, quos *fide dignos & habiles* existimant, conferendi, ita:

Ut illi *Notarii atq̄ve Tabelliones & Judices ordinarii* per totum *Imperium* tales reputentur.



## CAP. IV.

## De Privilegiis Notariorum Cæsareorum in specie.

### I. Quæ consistunt in honoribus & præferentiis.

1.) **Q**uod à Majestate Imperatoria Notarii originem suam habeant, & ab ipsa dependeant, quæ est fons omnis dignitatis & Jurisdictionis, ex quâ omnis potestas publica, dignitas & jurisdictio pullulat, profluit & promanat, *Reink. de R. S. & E. lib. 1. class. 4. cap. 2. n. 4.* Siquidem creatio Notariorum inter jura Majestatis, quæ nomine reservatorum Imperii veniunt, refertur *Rec. Imp. Colon. de an. 1512. §. Die Notarien sollen auch wissen etc. Specul. de Instrum. edit. §. 8. n. 22, Bocer. de Regal. c. 2. n. 161. Add. Diplom. ap. Volckmann. quod Notariis maximam auctoritatem & honorem tribuit.*

2.) Quod multis nominibus decorati sint, vid. *gloss. in Rubr. C. de Tabular. lib. 10.* Vocantur enim Tabelliones *Nov. 44. & 66. d. Const. Maxim. §.* Es ist auch ein *Notarius* oder *Tabellio*, *Tabellarii* vel *Tabularii*, *l. 11. C. qui pot. in pign.* *Judices ordinarii* vel *Chartularii*, *supra alleg. gloss. Bart. & Bald. in l. 1. verb. judicis ff. de judic. Gail. 2. O. 1. n. 13.* *Ministri publici*, *l. 18. ff. de adopt. d. Const. §.* Es ist auch ein *Notarius*, nachdem er ein *Diener* ist gemeinen Nutzens etc. *Actuarii*, *Secretarii*, *Protocollistæ*, *Struv. S. J. C. Exerc. 28. th. 31.* *Sineiographi*, *Librarii*, *Libellenfes*, *Scriniarii*, *Memoriales*, *Exceptores*, *Pragmatici*, *Logographi*, *publici literarum Architecti* &c. de quibus & aliis similibus Nominibus vid. *Bornit. in tract. de instrum. lib. 12 tit. 12. &c.*

3.) Quod Medicis gradu Academico nondum maectatis, præferendi, vid. *Zach. in Quest. Medico-legal.* Et quidem non immerito, quia tales Medici tantum ob unius ægroti salutem, nec non circa confectionem Purgationum &c. occupati sunt; Per Notarios autem Regum, Principum, & illorum Regionum ac Provinciarum negotia tam publica, quam privata expediuntur, ut & fides, totius humanæ societatis vinculum

culum, quæ vehementer Rempubl. continet. *Cic. 2. off. c. 24. Ulpian. l. 1. de pact. ac veritas tam in causis judicialibus, quam extra judicialibus conservatur, Contractus, & quid his cohæret, celebrantur, & postea plenaria ac admirandæ fidei Instrumenta & Literæ, ad perpetuam rei memoriam conficiuntur, uti cap. 2. satis superq̄ deductum. add. *Tusch. Pract. Conclus. 236. lit. J. Masc. Concl. 905. n. 4.* Ea, quæ hæctenus adducta, etiam de Mercatoribus & his similibus intelligenda sunt. vid. *Carpz. in J. E. Lib. 1. tit. 6. def. 90. n. 5.* nisi enim Notarii pacta conscriberent, quæ inviolabilia commerciorum usus inter homines planè tolleretur. *Arist. lib. 1. Rhetor.* Nullum autem sanè est negotium, unde plus præsidii sibi promittere possit mercatura, imò tota societas civilis, quam, si sacra rectaq̄ servetur contractuum fides.*

4) Quod vestitu splendido incedere possint, quo ita ex honestiori vestitu ex vilibus personis, vel illis, qui artes Mechanicas profitentur, comòdè discerni queant. Non quidem in ornatu vestis justitia habitat, *c. si quis virorum dist. 20.* Attamen, quia opinione vulgi ex veste vir cognoscitur, illumque homines honorant, quem vestimenta decorant, usus splendoris vestitus illis permittitur; Imò, si Partes seu Contractantes, Notarium majori incedere videbunt ornatu, illum maximè autoritatis esse judicabunt. Caveat autem Notarius, ne mercedem & omnia, quæ in bonis habet, in vestimenta impendat, sed vestitu honesto contentus sit, quia ex luxu vestium paupertas inducitur; quem enim semel vestium vanitas invasit, non amplius propriæ substantiæ rationem habet, sed sæpius ultra patrimonii vires impensas vestiarum facit. Paucissimi enim secum habitant, ut norint, quam restet curata suppellex; Imò quod olim de eruditione sua adferebat Philosophus: Omnia mea mecum porto: Illud hodie verum est in luxu vestium ubi multi sæpius omne patrimonium cum vestibus induunt, & omnia bona levi opera secum portant. vid. *Knoch. de Erar lib. 2. cap. 94. n. 6. conf. m. Addit. ad Propos. Comit. Elect. Sax. c. 4.* Interim tamen Notariorum thunicis, juxta opinionem cujusdam, nullum signum affigendum. vid. *Mein Gutachten über das Anno 1692. herausgekommene Bedenken / die Kleider. Tracht betreffend.*

C

5) Quod

5) Quod habeant potestatem gestandi aureos annulos, quibus in creatione expressè investiantur, vid. *Volckm. Art. Not.*

6) Quod vehiculis vel equis uti possint, & pedibus ire non debeant, si ad celebrationem certi cujusdam Actus ad exterrum seu peregrinum locum evocentur ac requirantur; Et hoc inftar testis, qui pedibus ad testimonium dicendum incedere non tenetur, nisi sit Rusticus aut homo vilissimæ conditionis, sed ei sumptus itineris à producente subministrandi, per *l. eos qui b. §. 2. C. de appell. Ubi Brunnem. n. 9. it ad L. 3 §. 4. ff. de test. n. 18. add. Ordin. Jud. Tribun. Vismar. part. 2. tit. 26. §. 1.* Die Zeugen sollen erscheinen *ie. uff Kosten des Zeugführers / welcher ihnen Subr- und mäßiges Zehr-Geld *ie.* reichen soll.*

7) Quod in Conviviis, quæ plerumque post finitos Actus præcipuè Obfignationis & Inventuræ, ad recreationem instituuntur, tanquam principales Personæ, qui maximos labores perfecerunt, & controversias, quæ sæpissimè exoriri solent, inter Contrahentes, seu Hæredes, absque litium ambagibus, amicabiliter composuerunt, primum locum obtineant, nisi ex civilitate alteri illum cedere velint.

## II. Quæ consistunt in Præsumptionibus & Conjecturis.

1) **Q**uod fideliores & veraciores præsumantur; Creato enim Notario dicitur creatum unum Oraculum veritatis; Adhæc etiam in susceptione officii ad præstationem Juramenti maximi ponderis adstringuntur, quod fidem Notariorum non parum auget, *Carpz. in Process. tit. 14. art. 5. n. 42.* Hinc etiam Notarius duobus, sæpè tribus, quandoque etiam pluribus testibus æquiparatur, maxime in judicio, & ratione Instrumentorum, *arg. l. 15. C. de fid. Instrum. c. quoniam n. ubi gloss. in verb. duos viros & ibi Panormit. X. de prob. Blum. in Proc. Cam tit. 63. n. 38. Mund. de Comit. Pal. c. 2. n. 56.* Limitationem vid. apud *Moller lib. 3. semestr. c. 43. n. 5. & 10.*

2) Quod Notarii ad negotia ab iis peracta præsumantur rogati & requisiti, Non obstante, quod juxta nonnullorum opinionem rogatio sit solennitas extrinseca, quæ non præsumenda sed à Notario probanda. Rogatus enim non præsumitur, nisi probetur, *Joh. Anton. Masuer.*

*in Not. ad Pract. Papiens. tit. 15. Gloss. 6. lit. h. Roland. à Valle lib. 3. Conf. 26. Si-  
quidem Notarius juramenti sui immemor esse non creditur, cum ab  
initio suscepti officio juraverit, se super illis negotiis instrumenta con-  
ficere velle, ad quæ legitime rogatus & requisitus fuerit. Nevizan. Conf.  
25. n. 6.*

3) Quod Notarii clausulas in Contractibus & Testamentis consue-  
tas ex voluntate & scientia Reqvirentium addidisse præsumantur.  
Quia generalis Dd. regula est: Quod scripta per Notarium, videantur  
scripta de voluntate ejus, qui rogavit Notarium, & pro quolibet Instru-  
mento à Notario & testibus confecto, militat præsumptio veritatis &  
solennitatis, donec contrarium probetur, *cap. Abbate de V. S. c. si dona de  
Privil. in 6to.* Unde illa clausula codicillaris consveta: Si hæc mea  
ultima voluntas non valet, neque de jure ob defectum ut testamentum  
valere posset, valeat tamen ut Testamentum nuncupativum, Codicil-  
lus vel Donatio mortis causa, vel in vim Fideicommissi & omni meli-  
ori modo, quò de jure valere & effectum sortiri poterit, à Notario ex  
voluntate testatoris adjecta præsumitur, etiamsi testator sit Idiota &  
Illiteratus, qui planè nullam hæc de clausula & ejus utilitate cogni-  
tionem habet, nec insuper certioratus est, *vid. Marta de clausul. P. 3.  
claus. II. n. 1. Carpx. l. 6. Respons. 7. Dn. Struv. Exerc. 34. th. 62.* Quicumque  
enim vult finem, ille etiam vult media ad finem necessaria. Dum  
itaque testator voluit, ut ultima voluntas ejus legitime & omni melio-  
ri modo conderetur, etiam in hanc clausulam tacite consensit. *conf.  
Johann. del Castillo Soto Mayor. lib. 4. de conjecl. ult. volunt. P. 1. cap. 48. n. 27.*  
præcipue: Cum Notarius, ad quodcunque negotium implendum &  
consummandum rogatus, semper præsumatur apponere clausulas so-  
litas & consvetas, easq; negotio cuilibet convenientes, *Fab. Turrett. de  
effect. claus. cod. qu. 145. in fin.*

### III. Quæ consistunt in exercitio Officii.

1) Quod Notarii per totum Romanum Imperium incorporatasq;  
Provincias, nec non in Territoriis Augustissimi Imperatoris  
hæreditariis, ut & in aliis exteris Regionibus & Provinciis Eu-  
ropæ, (ubi contraria consvetudo, sicuti de Gallia dicitur,) non est in-



troducta, exerceri possint, vid. *Diplom. saepe alleg. Add. Gail. 2. O. 71. n. 13. Stephan. de jurisd. lib. 2. P. 2. c. 5. in pr. § n. 6. 7.* Nam fides Notariorum tam angustos non admittit cancellos, ut extra territorium non valeat, sed se ubique diffundit, neque minus in his, quam in illis aestimari vult.

2) Quod Notariis competat Jurisdictio voluntaria, vid. *Dn. Stryk. in Disp. de Stylo Curia Vol. 1. cap. 2. n. 23.* quæ in volentes & de certo negotio consentientes, solennitatis & autoritatis causa, exercetur. *Franzk in Comm. ad ff. tit. de Jurisd. n. 2.* Dum enim inter homines incidunt negotia partim voluntaria, partim contentiosa, totidem quoque Jurisdictionis nomine objectis suis respondententes sunt inventæ, *l. omnes 2. ff. de off. Procons.* neque enim tertiam speciem seu mixtam formandum putant. *Scip. Gentil. Tr. de jurisd. L. 1. c. 18. Steph. de Jurisd. c. 13. n. 2.* Entia enim præter necessitatem non sunt multiplicanda, *arg. l. § ita 3. §. 1. ibi sed an sit necessaria, ff. Naut. Caup. Stab.* Etsi regulariter in jure nulla divisio jurisdictionis voluntariæ verbis expressis traditur; Attamen pro ratione præsentis instituti Doctorum distinctio in duas species; quarum una exercetur sine causæ cognitione, altera cum causæ cognitione, benè placet. Illam Notarius, uti infra demonstrabimus, rectè exercet, hæc jurisdictionis species autem, ad quam Tutoris datio, arrogatio impuberis, *l. 15. §. 2. ff. de Adopt. si minor manumittat, §. 1. qui § ex qu. caus.* emancipatio filii arrogati impuberis, *§. 3. Inst. de adopt.* Edictalis bonorum possessio (quæ magis ad contentiosam Jurisdictionem referenda, Arrogatio *L. 15. §. 2. ff. de adopt.* Transactio de Alimentis testamento relicta, *l. cum hi 8. §. 8. de transact.* prædiorum minoris alienatio & c. *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel Cur. Carpz. tr. de Proc. tit. 2. art. 1. n. 30. § seqq.* Unio prolixum, *Rikius tract. de un. prol. c. 6. n. 27.* referenda, comodius à competente Judice expeditur. *Brunnem. in Repet. Paratit. Wesenb. tit. de jurisd. qu. 13.* Possunt itaque Notarii peragere Actus ADOPTIONIS *L. 2. pr. ff. de off. Procons.* Cum enim meræ Voluntatis sit adoptare aliquem, inque adoptionem transire, nullum dubium, quin & coram Notario fieri possit, *arg. l. 3. ff. de adopt.* dummodo observetur, ut adoptans 18. annis major sit adoptando, per *L. 40. ff. de Adopt.* qui adoptionis Actus melioris firmi-



629

firmitatis gratia vel à Principe, (qui etiam minus legitime factam per confirmationem ad effectum perducere potest, l. 38. ff. de adopt.) vel à Comite Palatino confirmandus. EMANCIPATIONIS, l. 36. §. 1. ff. de adopt. Marant. in spec. aur. Judic. dist. 18. n. 4. Joh. Jacob Canis lib. de Tabell. tit. de prerog. enucl. Notar. & Thom. Masott. sen. Specul. Not. publ. lib. 1. Speculat. 6. n. 21. Quamvis nostris moribus rarissimus hujus emancipationis est usus, & liberi eo ipso dimissi & emancipati censentur, quando separatim habitant & propriam œconomiã instituunt. vid. Carpz. P. 2. C. 9. def. 1. Attamen, uti quidem vult Groenweg. in Tr. de LL. abrog. ad L. 3. C. de emanc. non planè ab aula recessus nec abrogatus est. Sic etiam coram Notariis HYPOTHECA constituitur, in tantum ut illa privato hypothecario, licet anteriori præferatur Nicol. de Passer. in Tract. de Script. priv. per l. 11. quæ potior in pign. Sed contrarium dicendum est de Jure Saxonico, ubi talis hypotheca in bonis immobilibus tantum chirographariis præferatur, in mobilibus autem conventionali hypothecæ æquiparatur. vid. Ord. Jud. Elect. 46. §. Da auch ic. Decis. Elect. 60. Et à Notariis *Ultimæ voluntates ac testamenta solennia vel minus solennia. Donationes inter vivos vel mortis causa*, in specie de Jure Saxonico Donationes Geradæ & Hergewettæ conficiantur, ut & coram illis & testibus necessariis insinuationes instituuntur, vid. Const. Maxim. Tit. von Testamenten. Add. m. Diploma in fin. h. D. Imò Notarii ipsi sua testamenta scribere & publicare queunt, modo testes inscribant, vid. Canis. d. libello & Masott. d. tr. n. 1.

3) Quid Notarii ex plenaria potestate, præviã tamen requisitione, possint celebrare omnes Contractus licitos, vid. Const. Max. de anno 1512. Und wiewohl ic. & seqq. constituere Procuratores, Mandatarios & Syndicos, Mandata & Actoria alieno nomine subscribere, Ord. jud. El. Sax. tit. 7. §. Da auch ic. nec non Protestationes, Appellationes & Leutationes, (quæ in effectu Appellationibus æquiparandæ. Weichbild art. 74. ubi gloss. n. 3. Zobel. p. 1. diff. 40. n. 5.) maximè, si Judicis vel Assessorum copia haberi nequeat, recipere, Testes summariter & ad Articulos examinare, Processus Inquisitorios dirigere, (præcipuè, si Actuarius non sit creatus Notarius,) torturis & ratificationibus Inquisitorum interesse,

teresse Retorsiones & Protestationes, nec non certo respectu Citationes, Inhibitiones &c. insinuare. Tandem omnibus causis Civilibus & Criminalibus, Militaribus, Matrimonialibus, si non aliquid, quod in detrimentum Reipublicæ vergat, ibidem tractatur, interesse, & super illud, quod propositum & conclusum est Registraras ac Instrumenta exhibere &c. &c. vid. *Besold. Thes. Pract. voc. Notarius. Carpz. P. 1. C. 20. D. 3. it. in Proc. tit. 14. art. 4. 5. n. 30. seqq. Myns Cent. 4. obs. 44. & 45. Carpz. Prax. Crim. qu. 126. n. 69. vid. mea Dissert. de Crim. Blasphem. & Diplom. in fin. hujus Disp.* De stipulationibus Notariorum nomine alterius factis vid. *Moxz. de Contract. tract. de Stipul. p. 374. n. 8. it. tract. de donat. p. 883. n. 25. seq.* ubi etiam notat: quod donatio absenti facta & à Notario acceptata, non possit revocari, etiam antequam Donatarius ratam rem habuerit. *Consent. Salgad. Labyr. Credit. p. 2. c. 26. n. 35. Laur. Tennin. Rodolphus Caut. 6. n. 57. Rolandus à Valle consil. 19. obs. Hottomann. Obs. 25. lib. 4.*

4) Quod Notarii etiam in diebus sacris & feriatis certò modo officium suum exercere queant. Etsi alias hisce diebus cessare debent cunctarum artium officia, *l. 3. ff. de feriis. Commercia, negotiationes & nundinæ sive mercatus, c. 1. x. de fer. Carpz. L. 2. def. 253. Imò nuptiæ, Duntaxat de casib. consc. c. 10. sect. 1. q. 83.* Attamen Notariis exercitium jurisdictionis voluntariæ, in actibus, qui nullam causæ cognitionem requirunt, hisdem diebus permittitur, *l. 8. C. de fer. ibi Barbof. n. 2.* Sic testamenta facere & prævia insinuatione accipere, Appellationes recipere & Judici à quo insinuare possunt, *Gail. st. obs. 53. n. 11. Hahn ad Wesenb. h. r. et. 5. vers. nam que sunt voluntarie &c.* quamvis enim rectius faciat, qui illam citra necessitatem hisce diebus sacris non interponit. Denique, jure civili, hisce diebus sacris permittuntur pacta & transactiones, *l. fin. ff. fin. C. de feriis.* Sed dicimus: Non solum quid liceat & permissum sit, hoc in passu considerandum esse, sed & quid honestum & pium, nisi necessitas aliud postulet. *vid. c. licet 3. x. de fer. Franzk. h. r. n. 25. Balduin de cas. consc. cap. 13. cas. 5.* His enim diebus sacris debet esse requies corporalis & cessatio à curis profanis & omnibus mundanis operibus, ad serviendum Deo & audiendum verbum ejus. *vid. Zepper. de LL. Mosais lib. 4. c. 9. p. 339. & seqq. adeò, ut licet solenne quippiam in honorem ipsius*

ipsius Imperatoris celebrandum instaret, differendum id esse, donec sacra dies effluerint, ipsi piissimi Impp. laudabili sanè exemplo, rescripserunt in l. f. C. de fer.

5) Quod etiam coram Notario & testibus Nuptiæ juxta consuetudinem quorundam Regionum, absque benedictione Sacerdotali rectè celebrantur. vid. Richter. P. 3. Decis. 133. n. 10. Hinc in Belgio sæpè desponsatos coram Notario & testibus conjungi, refert Hahn ad Wesenb. tit. de R. N. n. 5. Philipp. L. 2. Eclog. 61. n. 12. & illud non immerito: Quia *τερολογία* illa seu *εὐλογία* sacerdotalis de essentia matrimonii non est. Rationes adducit Hahn. d. l. quod nec ipsi Theologi sunt negando. vid. Dn. Gerhard. tom. 7. loc. theol. §. 476. in resp. ad arg. 3.

6) Quod Notariis competat Inspectio pontium ac viarum publicarum. Juramento enim in creatione adstringuntur: Ut circumspiciant: An etiam pontes & viæ publicæ factæ rectè inveniantur, uti constat ex mea Dissert. de Juramentis in genere & eorum Notulis cap. 2. quod Privilegium Notariis etiam maximam auctoritatem & honorem tribuit, quia talem Inspectionem apud Romanos certis Magistratibus demandatam legimus, qui ob id Viocuri vocabantur, Varr. lib. 4. de lingv. lat. vel Viarum Curatores, l. un. ff. de Via publ. qui etiam dicebantur Patres Civitatis, l. 3. C. de his qui pont. publ. mun. sub §. l. unic. de ratioc. oper. publ. Plura de viarum Inspectione, quomodo florente Republica Romana, illa mox commissa Censoribus, mox Ædilibus, mox singularibus viarum Curatoribus constitutis, qui quatuor viri vocabantur, mox Collegio Quæstorum, videri potest Dn. Struv. S. J. C. Exerc. 45. th. 26.

7) Quod Notarii ad confectionem Inventariorum requirendi; Et hoc quidem ex juris necessitate, quæ sola testium præsentia adimpleri nequit, l. fin. §. 2. ibi modis omnibus impleatur sub præsentia tabulariorum C. de jur. delib. Add. Richter. decis. 59. n. 8. seqq. Monticuli de Invent. hered. §. se primo principaliter n. 22. seqq. Cum autem Imperator Tabulariorum in plurali numero facit mentionem, propterea duos ad minimum adhibendos esse censet C. J. A. lib. 29. tit. 2. th. 32. n. 2. Scotan. Exam. jurid. tit. de jur. delib. Alii verò in singulis actibus unum sufficere existimant, dicentes: Imperatorem in d. l. ff. §. 2. ut & in Nov. 1. cap. 2. §. 1. ad plures in futurum actus respexisse & regulariter ad actum unum unicum  
suffi-



sufficere Notarium, *vid. Scharf, ad d. l. fin. §. 2. n. 18. Rittershus. ad Nov. P. 6. cap. 8. n. 8. Bacchov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 12. th. 8. Zoes. ad ff. t. de jure delib.* Quorum sententia exinde redditur probabilis, quod & in aliis locis, ubi unus saltem requiritur, Imperator tamen in plurali loquatur numero, habito respectu ad plures futuros casus. Et cum hæc ultima interpretatio consuetudine quoque sit recepta, non erit ab illa recedendum, Nam consuetudo optima legum interpretæ est, l. 37. ff. de LL.

8) Quod in præsentia Notarii possessio hujus vel illius rei arripi & Instrumento ejus possessio probari possit. Omnino enim Apprehensori consultum erit, Notarium adhibere, huic enim major fides, quam alterius privati, ob solenne jurisjurandi vinculum, quo ab initio suscepti officii constrictus est, habetur, adeo, ut duorum vel trium testimonium vices subeat. *Mev. P. 3. decis. 171. n. 3. Et semper pro Notario magna est præsumptio. Alciat. de præsumt. Regul. 3. præf. 16. n. 19. Hinc, quod etiam ingressus & apprehensio possessionis per instrumentum ejus commodè probetur, ex Surd. lib. 1. Consil. 117. n. 2, notat Postius de Manutenen. obs. 21. n. 8.*

9) Quod Notarii specialem stylum habeant, ad quem in declarandis & extendendis instrumentis recurritur. *Barthol. Bertaxoll. Claus. 4. Gloss. 37. ita, ut ex styli Notarii omissione arguatur falsum, Menoch. Cons. 1151. n. 7. & 8. Quanquam non semper generalis Notariorum stylus, sed particula potius hujus Personæ sit attendendus, Farinac. Decis. Rot. Rom. Tom. 4. Decis. 723. n. 6.*

10) Quod Notarii omnes Contractus unilaterales & bilaterales, & quid his cohæret, nomine partium, si illi vel alterutra earum sint literarum ignaræ, subscribi & illarum nomina apponi possint, adhibita contestatione: se in specie ad subscribendum à Contrahente vel ambobus esse rogatum; Ubi juxta observantiam nonnullorum locorum duos testes adhibere necessum habet, quia hic est actus summè præjudicialis. Aliud autem in vidimatione copiarum obtinet, ubi testimonium præsentia & subscriptio non, sed tantum solius Notarii cum appositione signeti consueti, opus est.

11) Quod



11) Quod Notariis credatur in iis omnibus, quæ attestantur, præviâ requisitione, coram ipso gesta esse. *Carpz. lib. 6. tit. 3. Resp. 13. n. 2. seq. Richter. Decis. 32. n. 25.* Et Notario asserenti: testatorem fuisse sanæ mentis, fides habenda est, *Richt. ad L. 3. C. qui testam. fac. poss. add. Carpz. P. 3. C. 9. def. 37. n. 3.* Hinc eorum Protocolla in probando plenam fidem faciunt, *gloss. in l. argentariis pr. ff. de edendo. Nicol. Everhard. de fide Instrum. cap. 3. n. 33. Felin. ad c. cum P. Tabellio n. 1. x. de fid. instrum.* Instrumenta autem dicuntur publica Documenta, *Covarruv. Qu. pract. 19. n. 5.* & probationes probatæ, nulla alia indigentes disceptatione iudicii, *Masc. Concl. 905. n. 4.* quibus etiam plenaria fides attribuenda. Si itaque à Producente Instrumentum Notarii, adversa pars etiam editionem Protocolli desiderat, forte, quod inde falsitatem Instrumenti probare velit, non audiendus erit, quia instrumentum productum omnibus numeris absolutum est, nec ulla falsitatis suspicione laborat, ideoque fidem ipsi Adversarius habere debet, standum ergo huic instrumento, nec ulterius quicquam à parte exigendum. *Joh. Petr. de Ferrar. Pract. tit. 15. gloss. 6. n. 11.* Nec etiam locum habet jurata diffessio in instrumentis Notariorum solemniter & ritè confectis. *Carpz. lib. 3. Resp. 82. n. 27. & 28. Add. decis. nov. 74. vers. Coll ins fuisse.* Et certè durum foret arbitrio jurantis, nedum periculo perjurii probationem per istiusmodi Instrumenta publica committere, quorum fides prævalet scripturæ privatæ ac quibus aliàs jus commune fidem plenam tribuit, *arg. l. 6. ff. de rejud. l. 2. C. de edend. c. olim, x. de V. S. & habent præ se præsumtionem fidei atque justitiæ.*

12) Quod Notarii Officium suum non perdant, si ex defectu requirementum illud exercere nequeant, quia per Notariū non stetit, quo minus officium suum exercere possit, & sufficit; quod adveniente occasione paratus fuit, illud unicuique impartiri, quod etiam procedit, si Notarii officium suum requirentibus ob justas causas denegant & excusationes non injustas allegare possunt. Nec quando duobus partibus inter se controvertentibus officiū suum impartunt: Hinc insinuatæ protestatione ab una parte, in continenti ab altera requiri possunt: ut protestationem in contrariū primo requirenti insinuent, siquidem Notarii non operam alicui locant, ut Advocati, & illi non sunt nec de-

D

bent



dent esse alicui affectionati. *Besold. in Thes. pract. Voc. Notarios.* Dissentit *Harppecht. ad §. 12. §. de injur. n. 216.* Aliud autem obtinet ratione Advocaturæ, Unde Notarii in causis, in quibus notariatûs officio functi sunt, nec Advocati, nec Procuratoris nec Sollicitatoris vices, subeunt. *Cammer. Ger. Ordn. p. 1. tit. 29. §. Als sind auch ic.*

13) Quod Notarii de gestis coram illis, tanquam Notariis, testimonium ferre non debeant. *Carpz. P. 1. C. 16. def. 63. Brunnem. ad l. fin. n. 5. ff. de test.*

14) Quod Notarii, si ratione officii & ad legitimam juris Executionem aliquid faciant, vim atque injuriam non inferant, *arg. l. 3. ff. quod metus causa. l. 29. §. pen. vers. quid sit amen ff. ad. Aquil.* Unde resistere ei minimè licebit, juxta regulam; Ubi offensio est licita, ibi defensio est illicita.

#### IV. Quæ consistunt in securitate.

B) **Q**uod Notariis, ad executionem Processuum Cameralium ablegatis & requisitis, publica debeatur securitas & Cæsareâ & Camerali securitate & inviolabilitate per universum Imperium sint muniti. *O. Cam. P. 1. tit. 49. & antiq. ord. de an. 1495 sub rubr. Der Bothen und Notarien Geleit betreffend ic. P. 21. Mager. de Advocat. armat. c. 17. d. 237.* Notarios enim violare non tantum injustum, sed & impium est. Hinc durante negotio, ob debita contracta, etiam in loco Contractus arrestari nequeunt, ne in exercitio officii capiant ullum detrimentum, & interesse publicum ob alicujus privati utilitatem impediatur, cum utilitatis publicæ major semper sit habenda ratio, quam privatæ, *l. 51. & ibi Gothofred. ff. ad L. Aquil.* Notarium autem in exercitio officii offendens, ipsum offendere censetur à quò Originem habet; Ob hanc causam etiam in Diplomatum ipsis potestas conceditur; Omnia & singula palam publiceque faciendi, exercendi, quæ ad officium Publici Notarii ullò modò spectare queunt, sine ullus omnino hominis, cujuscunque Præminentia, Dignitatis, Status, Conditionis, Gradus & Ordinis extiterit, impedimento & contradictione, sub gravissima Cæsareæ Majestatis & sacri Romani Imperii indi-



indignatione & multa quinquaginta Marcarum Auri puri (i.e. 3600<sup>o</sup> Aureorum Rhenanorum vel 5600. Vallenfium) Fisco Imperiali & Comiti Palatino ex æquis partibus, toties quoties contraventum fuerit solvenda. Quæ hæctenus adductæ, etiam de aliis actibus & negotiis intelligendæ. Sic contra E. Z. und Consorten zu Lausa/ qui Notarium ad Pignorationem ablegatum impedivit & obscœnis verbis laceravit, præviâ instituta Inquisitione à Directore Judiciæ, Dn. G. S. Börners/ Fautore atque amico meo, dum in vivis esset, dilectissimo, in Scab. Lips. M. Maj. Anno 1690. pronunciatum est. Daraus so viel zu befinden/daß besagte Inquisten J. E. J. M. etc. eine öffentliche Abbitte vor Gericht zu thun/auch die dißfalls verursachte Unkosten/nach vorgehender Liquidation, und richterlicher Ermäßigung/pro rata abzuführen schuldig/ und werden hierüber ihrer Begünstigung halber/und zwar E. Z. 6. Wochen lang mit Gefängniß oder umb 6. Neue Schock/ dessen Eheweib M. und Sohn H. Z. aber vier Wochen lang mit Gefängniß/oder jedes umb vier Neue Schock bestraffet.

2) Quod Injuriz, quibus Notarii in expeditionibus suis afficiuntur, pro atrocioribus habendæ. Injuria autem est vel realis, vel verbalis, l. i. §. de injur quarum requisita compilare forsan hic esset extra lineam. Illud satis est, atrociorē estimari debere injuriam, quæ Notario infertur. Sed dicat quis, omnis alius ex provisione Juris communis habet contra injuriantes actionem civilem & criminalem, quomodo autem hoc potest referri in classem Privilegiorum? Resp. Magistratus ex officio, præviâ denunciatione, injurias Notario, ratione & intuitu officii illatas inquirere & delinquentes punire debet. Ita non procul abhinc ad requis. supra cit. Dn. G. S. Börners beatæ memoriæ, contra David Schützen zu Weysdorf etc. ob excessus in verbis contra Notarium ad Inquisitionem requisitum intentatos, Nobiliss.

Fac. Jurid. Witteb. judicavit: daß auch dißfalls mit der Inquisition zu verfahren / und Inquisit über gewisse Articuli zu vernehmen etc.



V. Quae consistunt in consecutione Mercedis  
& Honorarii.

1) Quod Notarii sufficientem mercedem (ziemliche Belohnung) à Requirantibus quaerere possint, & iis absq; mora solutio praestanda, vid. *Const. Maxim. de an. 1512. §.* Es ist auch ein Notarius ibi sonderlich auf ziemliche Belohnung &c. etiamsi nihil conventū, Operarius enim dignus est sua mercede *Nat. conf. 326.* & nemo cogitur beneficium facere de suo, *c. 10. qu. 2. precarie §. 1.* neq; suis militare stipendiis *c. 12. qu. 2. c. 45.* solitus etiam operas locare, censetur servisse cum mercede, illiq; debetur, etsi conventum non fuerit, *l. si tibi polienda 22 ff. de praes. verb. Farinac. tom. 3. decis. 157. n. 2. Faber in §. in summ. §. mand. n. 2. & §. 1. in fin.* Imò duplicem capere potest Notarius mercedem pro Instrumentis à se confectis, unam scil. pro Imbreviatura, alteram pro extensione, vid. *Thom. Masott. Specul. Not. Publ. lib. 1. spec. 6. n. 13. 16. seqq. conf. Carpz. P. 3. C. 2. d. 22.* & si promissum non solvitur, non tenetur amplius actus celebrare & officium suum impartiri.

2) Quod Notariis ob celebrationem singulorum Actuum, Mercedis debeantur arg. *l. properandum 13. C. de judic.* Sic etiam per longinquam consuetudinem introductum est; Quod Notario in domo alicujus certum actum, e. g. Inventurae, celebranti, dietim dui, etiam tres thaleri, exclusis sumptibus pro extensione, mundatione, collatione & subsignatione Instrumenti, solvendi. Consuetudine autem salaria induci possunt, vid. *Anchoran. conf. 201. n. 1. 218. n. 4. seqq. & tolerabilia sunt, quae longa consuetudo comprobat, l. antepen. 13. §. 1. in fin. ff. de pollicit.* Unde electus ad negotium videtur electus cum salario solito & vi ipsa electionis debetur. *Gutierrez. de juram. confirm. P. 1. cap. 64 n. 6.*

3) Quod beneficio Rescripti moratorii non locus sit contra Notariorum mercedes & salaria, quia plerumque parum in bonis habent, & illud, quod quotidiano sudore acquirunt, iterum ad sustentationem impendunt & onus morae ferre nequeunt. Siquidem Rescripta haec, eos tantum comprehendunt, qui oneri morae ferendo pares sunt.



sunt. Inde Notario pretium laboris sui unicum saltem diem non retinendum, arg. *Levit. 19. vers. 13. Deut. 24. vers. 14.* Et vulgò non abs re dicitur: Verdienter Lohn schreyet für Gott im Himmel. *Mohr. in Dissert. de Rescript. Mor. §. 57.*

4) Quod Notarii ad editionem Instrumentorum non sint obstricti, donec solutio facta, sed illis competat Jus retentionis, arg. §. 33. *Inst. de Rer. div. Gail. 2. obs. 12. n. 5. Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 217.* Nam omnibus illis retentio competit, quorum opera quis utitur. Sic Advocato & Procuratori acta retinere licet, donec de honorario ei satis fiat, l. *Colonus 12. ibiq. gloss. ff. de vi & vi arm. Gail. 2. obs. 12. n. 5.* Sic Scriptor, pro mercede librum retinet, *Molignat. in tr. de jur. retent. qu. 107.* Sartores, Sutores, aliiq. opifices pro mercede rei elaborata, etiam si materia ejus sit aliena, *Bald. in l. ult. n. 1. C. de commod. Coler. in Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 245. Molignat. qu. 43. & qu. 240.* Similiter Aurigæ & Tabularii res advectas & apportatas pro salario & pretio vecturæ, *Bald. d. l. retentione gaudent.*

#### VI. Quæ consistunt in Immunitatibus.

1) Quod Notariorum Protocolla oppignorari, nec à Creditoribus, donec ipsis satisfactum est, retineri, ut & arrestari nequeant. Hujus enim officio incumbit conservatio Protocollis, quo Fiscus & partes omni tempore eo recurrere possint, si super Instrumento dubium oriatur, *Mascard. de Prob. Vol. 2. Concl. 741. n. 33. Farinac. qu. 154. n. 38. item Const. Max. §. Fürter so befehlen wir ic. verb. mit höchstem Fleiß zu verwahren auch nach ihm zu verlassen ein Protocoll ic.* Ad hæc etiam ratione partium Notarium rogantium commune quasi est Protocollum. vid. *Brunnem. Repet. Wesenb. tit. de Edend. qu. 27.* & inde ab Arresti cingulo liberum. Quod etiam de aliis Instrumentis & libris ad officium Notariatus necessariis intelligendum erit.

2) Quod Notarii à collatione sumptuum Notariatûs in hæreditates paternas sint immunes. Sic decisum fuit in *Scab. Lips. M. Jan. 1602. Verba sunt: So werden bemeldte 50. Gûlden / so ihr zu euerer Kleidung / Unterhalt und Notariat. Ambt ussgewendet / euch billich inne gelassen /*



sen/und ihr möget dieselbe heraus zugeben und in gemeine Theilung zu conferiren nicht gedrungen werden/u. s. w. *Carpz. P. 3. C. 11. def. 18.* & hoc etiam ad libros aliaqve Instrumenta in hoc officio necessaria extendendum.

3) Quod mercedes & lucra, quæ Notarii suo officio acquisiverunt, à paterna acquisitione & usufructu sint immunes, quia commodè ad peculia quasi castrensia referantur. Imò Notarius de illis, etiam si adhuc sub potestate patris sit, testari possit, arg. *l. 7. C. de Assessor.* nec patre defuncto, cum relictis fratribus illa conferre cogatur.

4) Quod Notarii ab omnibus collectis immunes esse debeant, non solum ob insignem utilitatem, quam Respublica ex illorum officio percipit, sed etiam, quia à commerciis & negotiationibus planè exclusi sunt. Si autem illud, quod magno sudore & sæpius intermixta periculositate acquirunt, iterum Principibus pro collectis solvere debeant, postremo nihil haberent, unde se suosq; alerent. *vid. m. annot. ad Propos. Elect. Sax. Comit. de anno 1692.* Accedit quod sæpè tantum pauci in una Civitate sunt Notarii (exceptis illis Civitatibus, ubi sunt magna Tribunalia) ideoqve Princeps, ne quidem sensibili damno, perquam facile hisce collectis, quæ ex Notariorum bonis venire possent, carere potest, præsertim, cum rarius multa bona possideant, & sæpè centum Notariorum Patrimonia tantundem valent, quantum exiguum Prædiolum, non in Misnica regione exulta & florida situm, sed in Provincia & Regione abjecta & inculta.

5) Quod Notariorum Ædiculæ metatorum onere molestari non possint, nisi plures ædes habeant. Quando enim Notarii milites recipere coguntur, Protocolla, Instrumenta, Documenta & Acta, quæ in custodia habent & asservant, quæqve interdum magnam Reip. ut & Civitatum, nec non multorum privatorum utilitatem in se continent, facile militum in curiositate perire vel damnum recipere possent. Ex hac causa etiam hospites recipere nequeant.

6) Quod à portorio vel pedagio sint immunes. Nam, uti supra dictum, Notarii in pontes & vias publicas inspectionem habent, & quidem sine ullo præmio, imò per Juramentum ad illam adstringantur, inde remunerandus est iste labor ad minimum hac immunitate, aliàs officium




officium suum ipsis esset damnosum. De hoc pedagio vid. *Klock. de A-*  
*rar. cap. 77. & de Vect. th. 26. seq.*

VII. *Quæ consistunt in Mitigatione & Remissione*  
*Pænarum.*

1) **Q**uod Notarii mitius puniendi, si extra officium suum deli-  
ctum perpetrarunt, ob magnam utilitatem, quæ ex eorum  
officio ad Rempublicam redundat; Reipublicæ enim inter-  
est illum servare, qui illæ maximum commodum afferre  
potest, sæpè etiam ob publicam utilitatem à Regulis Juris receditur,  
quod tamen de pœnis arbitrariis tantum intelligendum erit.

2) Quod Notarii non facile Torturis seu quæstionibus subjiciendi,  
quia exercent artem nobilem, officiumque dignissimum, vid. *m. Tract. de*  
*laude Not. p. 21. Add. ibi alleg.* Dignitas alicujus autem liberat à Tortura,  
quæ tantum plebejorum esse dicitur in *L. Divo. n. C. de quæst. à quorum*  
*confortio Notarii eximuntur, Carpz. in Proc. tit. 1. art. 4. n. 53. seq.* Tor-  
tura enim fragilis & periculosa, nec non famosissima res est, ideò per-  
sonæ in dignitate constitutæ, haud quaquam tormentis subjiciendæ.  
*arg. l. jus Senatorum & l. severam 10. C. de dign. lib. 12. Zanger. de tort. c. 1. n. 49.*  
*seqq.* Non liberatur autem, si in officio deliquit vel crimina nefanda,  
de quibus *Zanger. c. 1. n. 66.* videri potest, perpetravit, Frustra enim  
privilegia sua implorat, qui in officio deliquit, *arg. l. 40. C. de Decur.*  
Imò Privilegia omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur  
potestate. Hinc torturæ subjiciendum esse Notarium dicentem: se  
amisisse Protocollum & non probantem, statuit *Covarruv. Pract. quæst.*  
*Tom. 2. c. 19. n. 3.* sed illud negamus, quia ad torturam, nisi in gravissi-  
mis causis deveniendum, idcirco Juramentum purgationis hoc in  
passu locum habere debet, vid. *Carpz. Proc. tit. 14. art. 4. n. 6.* Nam &  
in aliorum Instrumentorum editione hoc Juramentum obtinet. *L.*  
*ult. §. si quis C. de fid. instrum.* Interim tamen, ubi summe necessarium  
Notarium torqueri, requiritur: ut ille prius officium dignitatemque  
acceptam d. ponat.

3) Quod Notarii ob furtum vel aliud delictum pœnæ laquei dignum,  
non



non suspendi, sed potius gladio è medio tollendi sint, in honorem pristini officii & dignitatis & ne Notariorum dehonestetur ordo, ordinique inferatur injuria. Pœna laquei enim maximè infamis est. Inde Homerus hanc mortem infamem impuramque nominat, Plinius præposteram, quia spiritus intercluditur, cui exitus quæritur; ignava sanè & vilissima mors est, addit. *Rosin. in Antiquit. Rom. Voce furca.* Pœna gladii verò vulgò honoratior æstimatur. Imò Notariis in honorem Cæsareæ Majestatis, unde Originem suam traxerunt, gratia indulgenda & pœna planè remittenda, si causæ legitimæ, Principem seu Aggratiatorem ad remissionem moventes adsunt, vid. *Limon. de jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 287. Reink. de R. S. & E. lib. 2. Class. 1. c. 8. n. 73.*

4) Quod Notarii in delictis amputatione manuum non sint puniendi, intellige si extra officium deliquerunt, ne in suo Officio ullum capiant detrimentum. Si autem contra officium peccavit Notarius, tunc, uti antea monitum, beneficio Juris vel legum se tueri non potest. Nam honos ei non servatur, qui se deduxit in scelus, *l. 2. C. de secund. nupt.*

Sed temporis habenda est ratio, quod nisi me excluderet, adderem, (ut constitueram) delicta & causas, quibus Notarii se Privilegiis indignos reddunt; (Nihil enim tam naturale est, quam quod propter merita & virtutes colligatum, ob sequentia scelera & vitia dissolvatur) Nihilominus tamen in meo Tractatu *Der vollkommene Notarius* vocatus, omnia, quæ hic loci omissa, prolixius deducam, quem in antecessum B. L. meliori modo commendo. A te etiam, Anagnosta candidè, si quid humani in conscribenda hæc Dissertatione contigerit mihi, veniam peto, quam mihi facillè dabis. Zoili Judicium ac Nasutuli pendo flocci, præsertim, si proprii quid valeant humeri, quid ferre recusent, nondum fecerint experimentum, non enim vanæ gloriolæ nec ostentationis, sed exercitii causa in hac perantiqva & florentissima Universitate hoc Specimen Juridicum quintum eddidi. Tibi verò, benignissime DEUS, pro gratiosa studiorum benedictione & omnigena prosperitate perpetuam animi gratitudinem, laudesque perennes nuncupo, supplex rogans: Conatus meos ulterius commendatos habeas, ut in Tui Nominis gloriam & proximi emolumentum peragant usque ad meam

F I N E M,





ERTURT, Diss.) 1690/92


ULB Halle 3  
003 140 857




Sb.

1077









4578.

Juvante Christo Justitiæ Maximo Protectore  
DISQUISITIONEM JURIDICAM,  
DE *1692, 1693*

*org*  
*M*  
*30*

# PRIVILEGIIS NOTARIORUM CÆSAREORUM,

Permissu ac Indultu

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
In Illustriac Perantiqua Erfordensi Universitate  
PRÆSIDE

*Viro Magnifico, Prænobilissimo, Consultissimo  
atq; Excellentissimo Domino*

## JOHANNNE HER- MANNO A SODE, JCTO,

Consiliario Elector. Mogunt. Antecessore, Facultatis  
Juridicæ hodie decimum tertium, ut & Collegii Saxonici Decano, di-  
ctæque Facult. nec non Academiæ Seniore ac Judici Pro-  
vincialis Assessore resp. spectabilissimo &  
gravisimo,

Domino ac Patrono suo omni honoris ac obser-  
vantia cultu de venerando,

Placidæ Eruditorum Ventilationi submittet

M. JOHANNES CASPARUS *Jung Michel* / J. U.C.

Die Octobris 1692.

IN AUDITORIO JCTORUM.

ERFORDIÆ, Characterẽ KINDLEBIANO.